

No. 32. Um 1338.

Magister Paulus, zum ewigen Vicar der Stadtkirche zu Pirna bestellt, gelobt dem Kloster Ossegg Abführung der diesem zuständigen Jahrrente und Leistung der von der Stadtkirche zu tragenden Lasten, Fernhaltung von allen die Rechtsbeständigkeit der erfolgten Incorporation gefährdenden Schritten bei dem päpstlichen Stuhle, Uebnahme eines Antheils an den Kosten im Falle des Ausbruchs eines die Incorporation betreffenden Rechtsstreites.

Ego magister Paulus ecclesiae Misnensis perpetuus vicarius universorum et singulorum notitiae praesentium tenore cupio fore notum, quod reverendo in Christo patri et domino Conrado abbati ac conventus universitati in Ozzeck Cisterciensis ordinis Pragensis diocesis de ecclesia in Pirnis ad ipsos patronatus ac corporalis possessionis iure pertinente vicarius perpetuus in dicta ecclesia ab eisdem dominis de Ozzeck constitutus nomine verae pensionis triginta sexagenas grossorum denariorum monetae Pragensis duobus in terminis videlicet in festo sancti Michaelis xv. sexagenas et in festo sancti Georgii reliquas quindecim sexagenas annis singulis comite vita in solidum solvere promitto quolibet impedimento semoto, adiciens nihilominus praedictis sine cuiuslibet fraudis et doli materia, quod in praeiudicium incorporationis dictae ecclesiae dominis de Osseck iuridice factae per me aut per aliam cuiuscunque conditionis aut status existat personam vel litteram apud sanctissimum in Christo patrem dominum Johannem apostolicum aut futurum vel successores ipsorum metropolitanum patronum aut patronos ullo unquam tempore attemptabo. Cum vero de contingentibus futuris non sit determinata veritas actibus in humanis, dignum iudicatur, quod si aliqua dominis de Ozzeck antedictis de ipsius ecclesiae incorporatione ante plenam ecclesiae possessionem aut post completam per quoscunque saeculares ordinatos aut inordinatos, religiosos exemptos vel non exemptos litis iactura contingeret suboriri, ex tunc ad mediam expensarum et sumptuum impensionem et solutionem lite stante vel cessante in omnem eventum praesentibus me astringo. Ceterum iuribus papalibus legalibus episcopalibus archidiaconalibus omnibus et singulis ecclesiae incumbentibus publicis vel privatis sine diminutione pensionis per me dicto monasterio debite ad integrum stare promitto, occasione qualibet procul mota. Ad firmitatem vero litterarum mearum amplioem monasterio praedicto datarum litteram tenore sub simili Nisicensis archidiaconi sigillo signatam impetrare promitto, verum etiam aedificiorum ipsius dotis ruinosorum reformationi prout potero amplius succurrere non obmittam.

Nach einer Abschrift aus dem 15. Jahrh. in Acten des K. Haupt-Staatsarchivs zu Dresden wie No. 18.

No. 33. 1342. 24. Febr.

Markgraf Karl von Mähren bestätigt dem Kloster Ossegg eine die Incorporation der Stadtkirche zu Pirna betreffende Urkunde seines Vaters, des Königs Johann von Böhmen.

Karolus domini regis Boemiae primogenitus marchio Moraviae notum facimus tenore praesentium universis, quod accedens ad nostram praesentiam devotus pater